

LJ

Frāciscus Philelfus Ciccho calabro sal.
 m Iror: qđ nihil ad ea respōderis; quæ p̄ximis dieb⁹ ti
 bi de re mea significauit: Nōdum fortassis a principe
 didicisti; qđ cupimus. Itaq; rogo te: ut tandem respondeas
 meq; de om̄i eius sententiā facias certiozem. Vale ex Me-
 diolano. ix. Kal. Nouembres. M. cccc. Lij.

Franciscus Philelfus Petro Nucetano sal.
 c Vm essem postridie p̄fectur⁹ in castra ducalia; offer
 returq; in ipso (ut ita dixerim) equitādi cardine fidus
 & familiaris nūci⁹; qui Romam peteret: nō sum passus eū
 uacuū meis litteris istuc ire. Cœpi qđ. S. D. N. p̄gratū fore
 cognoui. Et ne interea t̄pis dū hoc agitur; officij obseruan-
 tiæq; & pietatis meæ uiderer oblit⁹: primū eratus carmen
 de eius laudibus cōposui atq; ædidi: quod ut meo noie ei⁹
 beatitudini exhibeas: te plurimū rogo. Vale Ex Mediola-
 no. iij. idus Nouembres. M. ccccc. Lij.

Franciscus Philelfus Renato Regi sal. di. plu.
 p Osse tu rex Renate nō absurde admirari; qđ i cau-
 sa fuerit: ut cū modo in castra urceana ad principē
 meum Frāciscū Spbortiā ierim: te qui uix ad quinq; milia
 passuum illinc abesses cū tuo inuictō fortissimoq; exercitū
 nō cōtinuo adierim; p̄sertim cū tanti te semp fecerim ac
 faciā; ut pluris certe neminē. At qui nihil mihi in aio magis
 erat q̄ & uisere te regem nobilissimū; & te tanta maiestate
 atq; uirtute principē alloqui coram ore; quē antea litteris
 nonnunq; cōsuessem. Dica paucis; qđ mihi inopinato acci-
 dit. Quo die institueram ad te ire: nūciatū est aduētare in
 castra Blācā Mariā clarissimaz optimarūq; fœminaz splē-
 didissimū quoddā certissimūq; exemplū. Nō potui p̄ offi-
 cio meo nō ei obuā p̄ficisci; cui & plurimis & maximis be-
 neficijs sum obstrict⁹. Nihil est sane cui me minus obnox-
 um uelim quā in gratitudinis crimini; quo uno uitio uix ul-
 lum reor apud bonos & magnos uiros inuisius: Itaq; sum
 coactus differre in diē posterū meum ad te accessum. Po-
 stridie cum uix illuxisset: afferuntur ex Mediolano ad me
 domesticæ litteræ; quibus moneor meos quosdam affinis
 intentare nescio quid litigij de uxoria hæreditate aduer-

Actiue persona
 petunt locis

Exim⁹ corporale
 Exim⁹ incorporale

Inuisus
 posus. Pamp. ca. Actiue
 p̄p̄t